Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus ascetico-theologicus de conscientia erronea - Cod. Ettenheim-Münster 75

Cartier, Jean-Baptiste

[S.l.], 1733

Caput 5tum

urn:nbn:de:bsz:31-108631

Visual Library

Caput 5tum de Conscientia probabili.

Huius capitis argumentum ut longe difficillimum, ita et summi momenti esse dignoscitur. est enim universalissima regula circa omnes practicas concluziones. Quia verò iam pridem plures doctores præsentem materiam, fusè ac præcisè pertractarunt, ideo in ea dilucidanda passi erimus, moderatè tamen, ne nimia brevitas obscuritatem pariat. hoc autem caput claritatis gratia in varios dividimus articulos. sit igitur

Articulus 1mus.

Quid et quotuplex sit opinio?

Veluti fundamentum eorum, quæ dicenda sunt, in hoc capite ~~pre~~ "Præ"mittenda est vera notio atque varia divisio opinionis, quæ est subiectum totius controversiæ. Itaq; opinio in genere nil aliud est, nisi assensus alterutri contradictionis parti præstitus, sed inerviens, et infirmus, adeoq; vel coniunctus actu, vel saltem de se coniungibilis cum formidine oppositi.

Dividitur autem opinio 1mo. in probabilem, et non probabilem, seu improbabilem. Prior est, quæ nititur motivo gravi; Posterior verò est, quæ levi ratione fulcitur.

Opinionem probabilem subdividunt Recentiores in probabilem absolutè, et in probabilem comparativè seu theologicè. illa est quæ nititur motivo per se gravi præscindendo tamen, an sit per rationes contrarias enervatum, nec ne. hæc verò est, cuius motivum adeo grave est, ut signum sit viri prudentis assensu etiam tunc, quando comparatur cum opposita sententia momentis ~~et~~ "seu" rationibus. hæc tamen subdivisio analoga potius est, quam univoca; cum opinio solùm absolutè probabilis, non autem comparativè ~~quoq;~~, non sit opinio probabilis simpliciter, nisi dicere velimus, multas propositiones etiam manifestè hæreticas esse simpliciter probabiles, quod tamen à communi sensu, et modo loquendi valdè abhorret. ~~unde cum opinio~~

Probabilis simpliciter ratio dicitur esse illa, quæ nititur motivo gravi, seu magni momenti; intelligitur motivum grave non absolutè tantùm, sed etiam comparativè.

Dividitur 2.do in certò et probabiliter tantùm probabilem, illa est culta motivo de cuius gravitate liquidò et certò constat, ista verò nititur motivo, de cuius gravitate certò non constat.

Dividitur 3.tio in magis, minùs et æqualiter probabilem. Magis probabilis est, quæ motivi sui soliditate vincit opinionem sibi oppositam, minùs probabilis est, quæ quoad motivi sui soliditatem superatur à sententia opposita. æqualiter verò probabilis est, quæ motivi sui soliditate æquat opinionem sibi oppositam.

Dividitur quarto, in in= et extrinsecè probabilem, illa est, quam suadet ratio gravis; hæc verò est quæ nititur auctoritate vel testimonio gravium et fide dignorum hominum.

Dividitur 5.to in speculativè et practicè probabilem. Illa est, quæ innititur rationabili motivo de veritate obiecti abstrahendo ab omnibus circumstantiis; hæc verò est, quæ habet rationale seu grave motivum pro honestate actûs considerati omnibus circumstantiis hîc et nunc exercendis. et hæ divisiones benè notandæ sunt, enimverò earum dem notitia, ad ea, quæ dicturi sumus, apprimè est necessaria.

Articulus 1.us

Præmittuntur aliqua notanda ad Probabilismum.

Quel an hac alteri præferenda sit
Quel an hanc nos semper oporteat amplecti?

Prius quam ostendamus, an liceatum sit sequi sententiam probabilem relicta probabiliore ~~Hæc nos~~ quædam prænotanda sunt. Igitur

Prænotandum est 1.mo, quando indagatur, an liceat sequi sententiam probabilem relicta probabiliori.
non esse sermonem ~~non est sermo~~ de sequela speculativa, sed de practica; constat enim, quod in scholis exercitationis gratiâ, possit defendi quælibet sententia etiam ad mores

spectans, dummodo habeat aliquam probabilitatem, unde tantùm quæstio est de sequela in ordine ad operationem actualem seu quandò quis teneatur exercere aliquam actionem, cui subest periculum peccandi. Præterea quæstio non versatur circa sententiam quomodocunqs probabilem, sed de ea, quæ præterquam quod motivo gravi innitatur insuper nec rationi evidenti aut principio certo, nec scripturæ, nec traditioni, nec Patribus, nec conciliis nec sumorum Pontificum decretis, nec prorsus unanimi Doctorum sententiæ adversatur. his enim conditionibus, inquiunt probabilistæ efficiebet opinio, ut verè sit probabilis, fasqs sit eam sequi relicta probabiliori.

Prænotandum est 2.do aliud esse sententiam seu opinionem aliquam esse probabiliorem, et aliud esse tutiorem; hæc enim operantem magis à peccato removet; illa verò facit eum magis conformiter veritati operari; unde sæpe contingit, quod aliqua sententia sit tutior in praxi, et tamen speculativè minus probabilis. ad hoc demonstrandum solet comuniter à Doctoribus adduci sententia D. Bonavent. in 4. dist. 17. p. 2. a. 2. q. 2 Docet enim ibidem seraphicus hic Doctor quod si quis in peccatum mortale lapsus sit, minimè confessionem differre debeat, sed quam primùm habità saltem copiâ confessarii, illud suum peccatum sub præcepto confiteri eum oporteat. ~~teri debet~~. Hæc equidem sententia tutior est, at certè minùs probabilis, ut post D. Thomam docent communiter Doctores.

Prænotandum est 3.tio Ista apud omnes fere theologos pro certo circa probabilismum haberi. 1.mum est. licitum esse sequi opinionem probabilem, posito quod sufficienti adhibitâ studio probabilior inveniri non possit; nam alioquin Deus videretur ab homine impossibilia exigere.

2.dum est Neminem obligari semper sequi tutiora, sedquemcunqs sequi posse minùs tuta, si appareant probabiliora.

3.tium est, quod si sententia minùs probabilis ex motivo intrinseco, fiat certa moraliter propter adventitiam auctoritatem, tunc poterit quis tutâm conscientiâ eam in praxi amplecti, ut nemo non videt. Hæc ut dixi fere apud omnes theologos sunt certa; sed dubitatur maximè, an in concussu duarum opinionum, quarum una cognoscitur probabilior alterâ, nihilominus adhuc licitum sit sequi sententiam minùs probabilem et minùs tutam, relicta probabiliori? negant quidem multi, quos Prob-

babilioristas vocant, seu affirmant longe plures, Probabilistæ ~~Vocati~~ nuncupati.
Præstat totam difficultatem problematicè seu in utramque partem ventilare; sic enim faciliùs ac pleniùs eius nanciscemur notitiam.

Articulus 3.tius.

Proponuntur momenta, quibus probatur licere sequi sententiam minùs probabilem etiam relicta probabiliore.

Primum desumunt Probabilistæ ex communi consensu (C: omnis status ac dignitatis plus quam ducentorum!: de quibus Tirinus, Raynerus et alii:) qui unaniniter docent, licere sequi sententiam minùs probabilem relicta probabiliori.

Verum quorsum ista? reponunt Probabiliorista. an ignoratur, quia argumentum pessimi furba est, ut benè ait Seneca. Producant, ait contenson hic c. 7, si velint, in aciem non decem seu viginti probabilistas, seu centum, seu mille, seu decem millia in millibus suis: illi omni cæterum multitudini et nationi te oponimus Doctor sancte!: alloquitur Divum Thomam! qui unus es et parem non habes, quia tu unus pro decem millibus computaris? seq. 18. oppone veterum discipulorum tuorum cætum aliter sentientium.

Præterea inquiunt Probabiliorista, non solùm opponimus veteres theologos, qui ante annum 1500 floruerunt, verùm etiam innumeros recentiores ex omni natione et ordine, qui mòd re maiùs perpensa oppositum docent, adeo ut incertum sit, pro qua nam sententia nunc stet maior probabilitas extrinseca.

Inst: Saltem hoc concedendum est, quod per integrum sæculum præteritum scilicet communissima ac receptissima fuerit Doctorum sententia, licitum esse sequi sententiam minùs probabilem minùsque tutam, etsi opposita magis probabilis videretur; cum igitur ad auctorem naturæ et gratiæ pertinere videatur, ut caveat ne per tam longum tempus magnus error in Ecclesia vigeat, consequens est, nullum errorem subesse illi sententiæ, quæ per integrum sæculum provera et indubitata habita est.

R: dot 1mo Thyrsus Gonsalez in dissertatione 2da plæresque auctores, præteriti sæculi nil dovisse, quod ~~Probabiliorista~~ Probabilistarum sententiæ adversetur, ostendit, tum paragrapho 1mo tum 2do et sequentibus, multos eorum locutos esse tantùm de casu, quo oppinio minùs tuta, quæ communiter habetur pro minùs

probabili, ipsi operanti ut probabilior apparet.

R. dent alii, si vera esset probabilistarum sententia, circa hoc principium, Ecclesia vel tota vel maxima sui parte erravit, si non semper, saltem per quatuor secula, scilicet ab ipsis pene scholasticae theologiae incunabulis usque ad tempora vicina Bartholomaei de Medina, qui probabilismi auctor fuisse fertur. magis autem pertinere videtur ad auctorem naturae et gratiae ut caveat ne Ecclesia in falso morali principio per quatuor secula persistat, quam per unum tantum.

Secundum est. Lex non sufficienter promulgata, non obligat: sed ea lex, quae dicit, quod necesse sit sequi sententiam probabiliorem in concursu minus probabilis non est sufficienter promulgata, cum sit incerta, et a communiori Doct. pro tali non agnoscatur; ergo talis lex non obligat.

R. dent Probabilistae imo. quod licet lex sepe incerta sit, tamen censeri debeat esse in possessione; sic enim si quis sciat, se commisisse furtum et dubitat an illud sit confessus, lex confitendi hoc furtum est ex incerta; attamen quia lex confitendi omne mortale est in possessione; ideo talis tenetur confiteri furtum commissum etiamsi illud antehac forsan sit confessus.

R. dent 2do Leges naturales non indigere promulgatione; unde argumentum allatum ad summum locum habet in Lege humana.

R. dent 3.tio quando probabilius est quod detur sufficiens eius promulgatio; sed in praesenti proposito probabilius est dari legem; quia pro illius existentia firmiores sunt rationes, quam pro illius carentia, ergo probabilius est sufficientem eius dari promulgationem; ac proinde et legis obligationem.

4 dari legem, etiam probabilius est,

3.tium est Qui diligenter inquisitâ veritate deprehendit probabilitatem de honestate alicuius actionis, ignorat invincibiliter illius honestatem, ergo eam exercendo non peccat. cons: patet; quia ignorantia invincibilis secundum communissimam excusat à peccato.

Igitur prob. ant. ille versatur in ignorantia invincibili alicuius rei, qui post adhibitam debitam diligentiam veritatem illius rei non est assecutus: sed qui diligenter inquisita veritate deprehendit probabilitatem de honestate alicuius actionis, illius inhonestatis non est assecutus veritatem, ergo eandem ignorat invincibiliter. Maior est certa; minor etiam constat, quia si de inhonestate illius actionis veritatem, seu certam scientiam assecutus fuisset, minime in ea deprehendere posset

Probabilitatem illius honestatis, seu eam iudicare probabiliter honestam.

Jam subsumo: atqui is qui operatur ex sententia probabili deprehendit probabilitatem de honestate suæ actionis; ergo ignorat invincibiliter illius inhonestatem, ac consequenter non peccat.

Probabilioristæ, quod talis homo possit propter motiva probabiliora iudicare, quod eiusmodi actio sit contra bonos mores, seu inhonesta, ergo non versatur in ignorantia invincibili de illius inhonestate; tunc enim est ignorantia invincibilis secundum D. Thomam 2.2. q. 76. a. 2 in ⊙, quando per adhibitam diligentiam superari non potest; sed videtur manifestum, quod hic per motiva probabiliora possit superari, ergo ⊙.

Instant et dicunt, quod de ratione legis sit, ut sit clara et manifesta, nondum autem est clara et manifesta, si pro eius existentia sint motiva duntaxat probabiliora non vero certa.

Præterea in eo casu lex censeri debet dubia, cum in iure dubium illud dicatur de quo extant diversæ ac utrinque probabiles Doctorum opiniones prout probat Fagnanus ex cap. de iuritaris. In dubio autem volunt legislatores, ut, quod minus est, sequamur.

Ad 1 adversæ partis Theologi quod quando in descriptione humanæ legis, dicitur eam debere esse claram et manifestam intelligendum id sit de tali claritate, qualis ut plurimum in rebus moralibus haberi potest, nimirum de notabiliter maiori ~~ela~~ probabilitate. ~~Ad 2 dum~~

Ad 2 dum. Concedunt, quod sæpe in iure omnia illa vocentur dubia, quæ diversis opinionibus subsistant, nec sunt omnino certa, quantumvis magis probabilia esse communiter videantur, at negatur tamen, quod de eiusmodi quoque dubiis ita late acceptis sermo sit in aliis illis locis, quibus dicitur in dubio, quod minus est eligendum esse, sed id duntaxat intelligendum est de dubiis proprie dictis ortis ex ~~defectu et~~ æqualitate rationum stantium pro utraque parte contradictionis. præterea huiusmodi regulæ iuris solum loquuntur de dubiis facti et de pœnis infligendis. videatur Tyrsus Gonzalez disp. 17. c. 2

4 dum est qui operatur conformiter recta rationi, ille non peccat, sed qui operatur secundum sententiam probabilem

ille operatur conformiter rectæ rationi; ergo non pecat.
Maior constat minor probatur. qui prudenter operatur, operatur conformiter rectæ raoni, sed qui operatur secundum sententiam probabilem, prudenter operatur, quia operatur secundum rationem firmam et gravem; ergo operatur conformiter recta rationi, ac proinde non pecat.

Resp.dent adversæ partis theologi, hoc quidem verum esse quàdo sententia probabilis non concurrit cum probabiliori, secus enim dicendum; tunc enim elicitur eius probabilitas, ac consequenter, quisquis eam sequitur, se exponit periculo pecandi; eo quod iudicium moraliter certum de honestate suæ actionis habere non potest.

Instant 1.no. opinio probabilis ex eodiatur probabilis, quòd possimus eam sequi sine reprehensione; ergo implicat contradictionem, quòd sit probabilis, et quòd non possimus eam licitè sequi.

Rd.dent D: ant. opinio ex eodiatur probabilis, quòd possimus eam sequi sine reprehensione semper et in omni casu occursu, N. ant. aliquandò nimirùm quandò nobis proponitur in eo statu, quem habuit, vel habet in mente suorũ auctorum, quibus proposita est ut veri similior oppositâ con: ant: et nego Conseq: itaqs opinionem esse probabilem est illam reputatam fuisse à viris sapientibus verisimiliorem oppositâ, ex eo autem quòd alqui viri sapientes eam sic approbarint, non sequitur quod alius possit eam similiter approbare quando videt viros alios sapientes eam reprobare, falsamqs reputare istorumqs fundamenta illi apparent urgentiora, remanet ergo respectu illius hæc opinio ad summum probabilis absolutè, seu secundum se, et speculativè, non verò probabilis comparativè et practicè, seu in ordine ad hic et nunc operandum ex prudenti iudicio de honestate actus.

Instant 2. Opinio probabilis est conformis existimationi virorum prudentum, ergo eam sequi non est pecatum.

Rd. C: 1: est conformis existimaoni virorum prudentum quibus scilicet apparet verisimilior oppositâ C aliis N.

instant 3.tio Quilibet agere potest licitè, quod prudenter iudicare potest, esse licitum: sed quando minùs quidem attamen simpliciter adhuc probabile alicui apparet aliquid esse licitum, prudenter iudicare potest id esse licitum, ergo tunc licitè illud potest agere.

R: 1mo negando minorem, quae falsa est, ut constet ex prioribus responsionibus. R. 2 N. M. quilibet agit licitè quod prudenter iudicat esse licitum, nisi prudentius iudicare possit oppositum. Trans: si prudentius iudicare potest oppositum: N.

Quintum est. Cum tempore Alexandri VII. graves ortae essent controversiae circa ritus quosdam Sinensium, eosdemque, prout delati tunc ad Apostolicam sedem fuerant sacra congregatio, pontifexque ab idololatriae, ac superstitionis labe immunes esse declarasset; eadem S. congregatio ut novas de aliis quoque, qui nondum accusati erant, et tamen in controversiam trahi posse poterant, quaestiones, ac lites amputaret, novos, quos in imperium illud misit, vicarios Apostolicos monuit, ut ritus quoque quoscunque, qui non apertissimè religioni, aut bonis moribus adversarentur, Sinensibus christianis permitterent, utique non velut illicitos; censuit, ergo illos licitè posse exerceri, etiamsi sanctae religioni probabilius viderentur repugnare.

Re. Sent. S. congregationem Missionariis, inter Sinam degentibus duntaxat praescripsisse normam, quam tenere deberent, cum Neophytis ex suppositione, quod hos ritus illi bona fide exercerent, et pro merè civilibus haberent, nempe voluisse ut eosdem in bona hac fide, ut ut postea sis re ipsa erronea, relinquerent, nullo ipsis iniecto scrupulo permitterent illorum exercitium, velut iisdem licitum saltem per accidens, quantumvis ipsis Vicariis aut Missionariis probabilius appareret, illos Religioni nostrae, divinaque legi per se adversari, modo id non esset omnino apertum sed oppositum quoque probabile videretur. atque hoc visis illis Apostolicis praescribendo et ipsa secuta est sententiam tutiorem simul ac probabiliorem, et hanc illos quoque sequi voluit in operando; quia cum dubitari possit, an eius non

situs in dicta hypotesi prohibendi essent à Missionarijs vel permittendi, tutius multò erat, illos permittere cum periculo aliquo, imo et magno, alicuius idololatriæ, vel superstitionis solummodò materialis, quàm prohibere cum periculo maximo ingens obstaculum ponendi evangelicæ prædicationi, ipsosqs finas à religione nostra avertendi; et hac ipsa de causa probabilius, vel potius certum erat, eosdem ritus permittendos potius, quam prohibendos.

Sextum est. Summi Pontifices sæpe dispensarunt in casibus, in quibus minus probabile erat, eos posse dispensare. ergo sæpe secuti sunt opinionem minus probabilem, q.d. R. Nant. nam si qui in concedendis dispensationibus aliquando à communiori sui temporis sententia receserunt, ideo ab ea discessêre, quia post sufficientem veritatis inquisitionem, oppositam sententiam iudicarunt esse longè probabiliorem ex motivis intrinsecis.

Instant cap. sivir. 2. de cognat. spirit. ~~dicitur~~: sivir, vel mulier scienter vel ignorantes filium suum de sacro fonte susceperit, an propter hoc separari debeant? Consultationi tuæ taliter respondemus, quod quamvis generaliter sit institutum ut debeant separari: quidam tamen humanius sentientes, aliter statuerunt. ideoqs nobis videtur, quod sive ex ignorantia, sive ex malitia id fecerint, non sunt ab invicem separandi: nec alter alteri debet debitum subtrahere, nisi ad continentiam servandam possint induci: ~~unde si argumentaberis~~.

Ipse ibi Alexander III. casum propositum decidit secundum opinionem minùs probabilem, et minùs tutam, ut pote faventem libertati, ut patet ex his verbis. quidam humanius sentientes aliter statuerunt, ergo.

Probabiliorista & N. ant. et dicunt eum decidisse casum secundum opinionem faventem libertati, quia ei probabilior videbatur, ut patet ex ratione, quam subiicit, quia inquit, si ex ignorantia id factum est, eos ignorantia excusare videtur: si ex malitia, eis sua fraus non debet patrocinari vel dolus, quare multi canonistæ, per tò humanius, intelligunt æquius, rationabilius &c.

Septimum est. Lex inducens obligationem semper sequendi sententiam probabiliorem, minùs est expediens, quàm eius negatio, ergo non

† ubi interroganti

† sic respondetur

latur. cons: patet. quia de ratione legis est ut sit utilis.
P: ant: eo quod ex negatione quidem illius solùm multiplicarentur peccata materialia; ex ipsa vero ob nimis magnam illius difficultatem et consequentem exinde frequentem eiusdem violationem sequeretur magna nimis multiplicatio formalium peccatorum, et quidem sæpe etiam tunc, quando aliàs nequidem materiale aliquod intercederet, si obligatio hæc abesset. unde etiam sententia benigna videri potest magis conformis esse infinitæ sapientiæ Supremi Legislatoris Dei; ut quæ in ferendis legibus vel maximè rationem habet utilitatis subditorum; suli et bonitati eiusdem, magisq; infirmitati nostræ accommodata, quam ~~rigidior~~ rigidior Probabilioristarum.

~~R. 1.mo fere potissimum evenire respectu eorum, qui nimis~~

R. 1.mo eos, qui recta sunt conscientia etiam rectum de rebus potissimum ferre iudicium. hi ergo non facilè indicabunt probabilius existere legem ubi huiusmodi probabilitas minimè subsistit. Hoc ergo incommodum magis videtur habere locum apud eos, qui minimè timorata sunt conscientia; verùm cum hi sint homines bonæ voluntatis et multùm delectentur in mandatis Dei, facilè eas leges observant, quibus se obstrictos esse probabilius autumant, quod eò verius dicitur, quò certius innotescit, eos uberioribus gratiæ donis præ aliis à Deo ditari. Sed neq; respectu eorum, qui minùs sunt timoratæ conscientiæ, magisq; laxam habent conscientiam subsistere videtur argumentum; nam cum illi magis propendere faveresq; soleant libertati quam legi; inde fit, quòd dum timoratis probabilius videtur existere lege, eamdem haud existere laxioris conscientiæ hominibus non probetur; eo quod, quisq; secundam propriam iudicent conscientiam quæ cum diversa sit, necesse est, ut et iudicium inde dimanans sit diversum, ut nempe quod illi existimant probabilius, his minùs probabile videatur,

4 ~~quod præsenti argumento ~~ ~~proferitur~~
7 quod præsenti argumento exhibetur

conscientia

eusq; oppositum tanquam magis probabile ipsis probetur.
Ex his igitur fere nulla anxia formido nostram subire mentem debet, quod ea, quæ revera à parte rei non sunt vetita, sibi probabilius prohibita reputent, quin potius contrarium formidandum est, ne videlicet ea, quæ sunt probabilius prohibita, tanquam sibi licita et non vetita censeant. nulla igitur ex parte fundamentum habet huiusmodi argumentum.

Ad 2do. dato, quod supposita lege et obligatione lex tomini antecedens, et directa ~~nimium~~ nimium quantum dissolvetur, et inutiles apud plerosq; evaderent leges innumeræ se ipsa existentes ac saluberrimè constitutæ: sibi hoc non obstante tamen negandæ esset lex illa consequens, et obligatio sequendi partem semper tutiorem, ac simul probabiliorem tantùm ne occasio per illam daretur ~~n~~ multiplicandi peccata formalia per frequentem eius transgressionem committenda; abrogandæ simili de causa essent, vel potius ferendæ nunquam fuissent leges alia innumeræ, maximè quæ sunt iuris positivi tantùm, et tamen servatu difficiles: quia etiam illæ plurimis, qui scilicet illarum difficultate territi easdem non observant, occasio sunt multorum peccatorum formalium, quæ sicluris illis legibus non darentur.

quam, ~~adeant~~ adstruit, rigidior sententia, etiam augeatur ipsu non paucos numerus peccatorum formalium, interim tamen verum pariter est, quod ablata ea lege et obligatione

Octavum est. Illi, quibus opinio minùs tuta notabiliter probabilior apparet, licitè eam possunt sequi in operando: ergo etiam illi, quibus eadem apparet minùs probabilis, dummodo simpliciter, ac etiam comparativè probabilem esse cognoscant. Consequentia ~~nisi~~ suadetur ex eo, quia uti Cardinalis Pallavicinus Disp. 9. de actibus humanis q. 4. a. 4. sapienter discurrit, non est consonum rationi, ut ego ex mea particulari opinione sim obligatus ad id, ad quod alii non tenentur: lex enim debet esse communis, et ergo obligans omnes, quibus proponuntur eadem motiva obligationis, ut in republica sit uniformitas operandi. Confirmatur. quia ubi Doctores communiter affirmant, aliquem contractum esse licitum, Doctori particulari non debet nocere sua in discurrendo perspicacia, et in studendo diligentia

qua rationem novam adinvenit, persuadentem, contractum esse illicitum, nec illum reddere debet deterioris conditionis, quam alios, quibus lux illa non affulsit: ergo ⊂.

Rs: con: ant. N. cons. ad huius probat: dicunt, verum esse quod lex debeat esse communis et aequaliter obligare, non tamen nisi tunc, quando videlicet iis eadem motiva obligationis proponuntur eodem modo, secus vero si diverso modo proponantur, alioquin sequeretur, quod ne quidem ille peccaturus esset, qui in operando sequitur opinionem aliquam minus tutam, quae communiter ut probabilior, aut etiam absolutè vera habetur, quamvis ipse ob singularem ingenii perspicaciam vel ob speciale lumen divinitus affusum, evidenter perspecti sibi haberet eiusdem falsitatem. consequens verò ut ipse est nimium; quia talis evidenter cognosceret voluntatem Domini sui, et tamen contra illam ageret, atque adeo multis esset vapulaturus. ex quo ulterius sequitur non esse absonum, ut quis interdum ex sua particulari opinione fit obligatus, ad id, ad quod alii non tenentur.

~~Rs~~ Ad Confirm: Rs ea nimium probari, nempe quod ne quidem ille eiusmodi lege obligaretur, qui ob singularem perspicaciam, lumenve supernè immissum evidenter cognosceret illius existentiam aliis interim eam non nisi probabiliter agnoscentibus.

Deinde negatur ~~nega~~ suppositum, quod Doctori sua in discurrendo perspicacia, et diligentia in studendo noceret, propriè loquendo, si praealiis tunc ad legem talem observandam teneretur; alias enim etiam ille, qui rudes praecepta Decalogi, et Ecclesiae docet illis noceret; quia, per hoc faceret, ut proximè ad hoc servanda obligarentur; cùm tamen ad hoc obligati non fuissent proximè, si veritatem à nemine docti invincibiliter ignorâssent: noceret quoque homini Deus, quando sic illum illustrat, ut legem suam agnoscat, et per consequens eadem proximè obligetur, liber ab obligatione futurus, si lumen illud abfuisset. Nec ipse set etiam sibi David, dum in psalmo 118 toties à Deo efflagitat intellectum legis eius.

Articulus 7us

Referuntur praecipua ribidioris sententiae momenta

Postquam benignae in momentosa hac questione sententiae fundamenta praecipua retulimus, et quid ad illa responderi

soleat, positivè, non omninò indiligenter expendimus; proximum est, ut rigidioris pariter argumenta potissima referamus, et quid ad illa quoqs reponi vel soleat, vel possit, indicemus.

Primum argumentum ducitur ab authoritate S. Scriptura; Inprimis quidem ex illo psal. 118. Tu mandasti mandata tua custodiri nimis. item ex aliis locis, ubi commendatur sollicitudo legem quærendi, scrutandi, diligendi, custodiendi, implendi ex toto corde et ex tota anima: atqui id non p implet, qui minùs probabilem minùsqs tutam amplectitur sententiam; ergo &c.

2do ex illo Math. 7. Arcta via est, quæ ducit ad vitam; sed qui sequitur sententiam minus probabilem in arcta via minimè incedit: ergo.

3tio Eccles. 37. dicitur: ante omnia opera verbum verax præcedat te, et ante omnem actum consilium stabile: atqui opinio minùs tuta minùsqs probabilis non est verbum verax neqs consilium stabile, si reipsa est falsa, uti revera ~~est~~ sæpe est. ergo.

4to Qui amat periculum peribit in illo Eccli. 3. Sed amat periculum, qui sententiam minus tutam minusqs probabilem sequitur. ergo.

R. Probabilista 1mo His Scripturæ locis minimè probari, iis quippe probatur, quod teneremur sequi tutiorem partem etiam in casu quo minùs tutum probabilius appareret ut examinanti palam fiet. Quemadmodùm ergo Probabilioristæ hæc ipsa loca interpretari tenentur, sic et nos, inquiunt Probabilistæ, satis convenienter facimus. Unde

R. 2do et quidem ad 1mum N. Min: quia ~~ut aliàs~~ ~~illum non~~, illis Scripturæ locis aliud non indicatur, quàm quod teneamur diligenter inquirere in Divinam legem, et ubi eam invenerimus, studiosè quoqs ~~[illegible]~~ implere: at non significatur, quod quando etiam post adhibitam diligentiam debitam nondum eam invenimus, sed verè ac propriè adhuc

ignoramus, uti fit in casu invincibilis dubii, teneamur eam servare, sive dein re ipsa ~~fit~~ existat sive non.

Ad 2dum Rs. Iterum N. Min. nam si ea solum spectemus praecepta, quorum existentia nobis certa est, et explorata, satis illa difficilia sunt ~~explorata~~ observatu, eo quod illorum plurima valde repugnent sensualitati, et velut innato nobis amori rerum temporalium. Unde qui ea omnia observat in arcta via ambulare videtur.

Ad 3. et 4 lum Rs. Dictamen conscientiae practicum et reflexum, quod praemittitur actioni innixae sententiae minus probabili (: de quo in argumento 3io plura :) esse verbum veracem et consilium stabile, nec non per illud tolli periculum peccandi formaliter.

~~2dum argumentum desumitur ex auctoritate SS. PP. in sua sententia praeiudicium evinci posse; eo quod praesens controversia eorum temporibus necdum fuerit mota; quod si tamen probabilismum interdum repudiare videantur; quemadmodum S. Augustinus l. 3. contra academ. c. 6. et alibi. item D. Thomas quodl. 8. q. 6. a. 13, tunc intelligendi sunt, quando operans censet actionis suae honestatem esse dubia vel tenuis probabilitatis. Caeterum, quod dicit Amicus, veteres scilicet esse pro probabiliore, hoc negant multi alii ejusdem docti ac graves viri.~~

2dum argumentum desumitur ex auctoritate SS. PP. et antiquorum scholasticorum, ita quidem, ut Amicus licet alioquin benigniorem propugnet sententiam, fateatur omnes fere veteres stare pro probabiliore.

Verum reponunt Probabilistae, vix aliquid ex auctoritate SS. PP. in sua sententia praeiudicium evinci posse; eo quod praesens controversia eorum temporibus necdum fuerit mota, quod si tamen probabiliorem interdum repudiare videantur; quemadmodum S. Augustinus l. 3. contra Academ. c. 6. et alibi. item D. Thomas quodl. 8. q. 6. a. 13, tunc intelligendi sunt, quando operans censet actionis suae honestatem esse dubia vel tenuis probabilitatis. Caeterum, quod dicit Amicus, veteres scilicet esse pro probabiliore, hoc negant multi alii ejusdem docti ac graves viri.

3 ium est, qui exercet actionem, quam credit hic et nunc

probabilius prohibitam peccat, sed qui sequitur sententiam minus probabilem relicta probabiliori exercet actionem quam credit hic et nunc probabilius prohibitam, ergo peccat.

Prob min. qui init contractum, v.g. quem credit hic et nunc probabilius usurarium, exercet actum, quem credit hic et nunc probabilius prohibitum; sed sic se habet, qui sequitur sententiam minus probabilem relicta probabiliori, ergo c.

Dicent Probabilistæ: Minorem imi syllogismi veram esse si is qui sequitur sententiam minus probabilem ex solo iudicio directo operetur; falsam verò, si eius modi operatio innitatur iudicio reflexo.

Pro quo sciendum est, quod ille, qui ex opinione minus probabili operatur, hunc discursum virtualiter eliciat. quod viri prudentes dicunt esse licitum, idqs suadent graves rationes, hoc prudenter iudico esse licitum; sed viri prudentes dicunt hoc vel illud esse licitum, idqs suadent graves rationes. ergo jam talis discursus nuncupatur iudicium reflexum, quo mediante operans conscientiam certam de honestate suæ actionis consequitur, unde licet ex iudicio directo seu remoto, ~~qui iniquum~~ iudicet actionem probabilius esse prohibitam, attamen hic et nunc propter iudicium reflexum iudicat sibi minimè esse ~~illicitum~~ vetitam.

Inst: vel illa reflexio mutat iudicium, quo credit contractum esse probabilius usurarium, vel non mutat? si non: ergo non obstante reflexione credit adhuc contractum esse ~~non~~ probabilius usurarium, adeoqs probabilius peccaminosum. Si dicis mutare, ostendatur, quomodo id fieri valet; nam imperceptibile videtur, ut quis post reflexionem iudicet contractum non esse usurarium, quem ante reflexionem pro tali habuit.

Rs. Probabilistæ remanere quidem iudicium, quo creditur contractum esse probabilius usurarium, sed tantum speculativè, nullatenus autem practicè talem, nam iudicio seu dictamine practico, quod est proxima morum regula, firmiter creditur, præfatum contractum non esse prohibitum. quod autem dictamen conscientia practicè certum, cum conscientia speculativè incerta possint adinvicem stare facilè eruitur tum ex

cap. 4to. tum ex eo, quod illa suo iudicia non sint de eodem formaliter obiecto.

Inst: 2do. Illud dictamen conscientiæ practicum fundatur in suppositione falsa; quia supponit opinionem, cui innititur esse veram, quod falsum est; ergo et ipsum dictamen falsum est.

Rs. Probabilistæ rationem adiectam falsam esse, eo quod dictamen conscientiæ practicum innitatur opinioni non quam supponat veram, sed tantum probabilem, quæ suppositio verisima est. sic opinio ex qua deducitur dictamen practicum, seu ultimum, quo dirigitur hoc v.g. pingens die festo, non dicit hanc propositionem: pingere die festo non est opus servile, esse veram, sed tantùm dicit idam esse probabilem, quod verisimum est.

Quartum est. Dictat ratio, ut veritatem sequamur, dum illa nobis innotescit; ergo dictat ratio ut id sequamur, quod magis ad veritatem approquinquare credimus, dum illa non satis nobis innotescit: sed qui amplectitur opinionem probabilem relicta probabiliori amplectitur id, quod minus ad veritatem appropinquare credit. ergo.

Rs Probabilista i no. ex hoc quidem argumento evinci, consultius esse sequi sententiam probabiliorem, nullo modo tamem probari eius obligationem; nam et ipsa met ratio dictat, quod nullus lege obstringi debeat, quæ non est sufficienter promulgata, eo quod promulgatio vel sit de essentia legis, aut saltem conditio sine qua non.

Rs Cert 2do. Minorem sylogismi veram esse, quantùm ad iudicium directum, falsam verò quantùm ad iudicium reflexum.

Quintum est. Sententiæ, quas damnarunt sumi Pontifices, antea ut probabiles propugnabantur, et ~~sunt~~ tamen sunt damnatæ ut perniciosæ. ergo quamvis sententia sit probabilis non tamen hoc ipso potest practicari.

Rs Probabilista negando consequentiam, nam, ut aiunt, potest fieri quod omnio, quæ antehac probabilior erat, postea fiat improbabilis, imo censuram incurrat, an propterea, quamdiu probabilior apparebat, practicari

non poterat?

Inst: Pontificum censura non faciunt sententias in praxi perniciosas, sed ut tales supponunt, atqui sententia in praxi perniciosa practicari non potest; ergo.

Respondent adversa partis Theologi sententias à summis Pontificibus damnatas, fuisse quidem ante hac in praxi perniciosas, non tamen nisi materialiter, minime autem formaliter, et quo ad nos; quam diu fallen videbantur theologicè probabiles.

Sextum ~~et~~ argumentum sic proponi potest. Hæc propositio: qui sequitur sententiam probabilem in concursu probabilioris prudenter agit, non est moraliter certa; ergo neqs exinde potest inferri iudicium moraliter certum. ~~consequentia~~ patet.

Prob. ant: Quia eius opposita est probabilis, scilicet, qui sequitur sententiam probabilem in concursu probabilioris, non agit prudenter; hoc enim constanter asserunt viri doctissimi ac gravissimi; ergo.

Resp. Probabilista distinguendo antecedens argumenti hoc modo: sententia opposita est probabilis in eo sensu, quo docetur à suis Auctoribus. trans: in sensu prædictæ propositionis, et prout à nobis asertæ contradictorio, negatur antecedens.

Atqs quot quot sententiam benignam impugnant, id revera non præstant in eo sensu, quo defenditur a Probabilistis. Sunt enim dicunt, eum, qui sequitur sententiam minus probabilem in concursu probabilioris, non agere prudenter, vel non conveniunt nobiscum in definitione sententiæ probabilis; vel loquuntur de sententia probabili in quocunqs gradu probabilitatis; vel de minus probabili sumptâ cum motivis solùm directis; vel supponunt sententiam minus probabilem in concursu probabilioris manere negativè solùm, aut absolutè non verò positivè et comparativè probabilem; vel putant ipsam per se sententiam minus probabilem iudiciumqs intrinsecè et formaliter formidolosum à nobis statui pro immediato principio certæ conscientiæ, aut regula proxima

† inquiunt Probabilistæ

operandi. quis autem non videat aliud hac modo impugnari, aliud à nobis defendi?

Hæc sunt fere potiora Probabilioristarum argumenta, cætera quæ sunt minoris momenti referre supersedemus.

Articulus 5tus

Quoniam denique præcipuè tota hac controversia devolvatur? et quid de illa nobis verosimilius videatur?

Ex præcedentibus duobus articulis liquet nec benignam nec rigidiorem in præsenti quæstione sententiam sua carere probabilitate, cum non solùm magna fulciantur authoritate, sed nec gravibus destituantur rationibus, nihilque quod manifestè convincat contra se habere videantur. Non sunt ergo adeo liquida probabilioristarum sententiæ fundamenta, sicuti quidam eorum sibi persuasum habent, cum ea quemadmodum et Probabilistarum argumenta non incongruam recipiant solutionem. Et hæc est ratio, quod multi perspectam habentes responsorum solliditatem ad multa Probabilioristarum argumenta minùs convincentia magis in probabilismo confirmati fuerint, quod et mihi contigisse ingenuè fateor. Verùm dum quondam veritatem in hac materia solertiùs indagarem, et principia, quibus tota innititur benigna sententia, minùs certa deprehendissem, ei adhærescere animus ultra non fuit. Inde etiam edoctus sum aliâ viâ incedendum esse, ut enervari queat probabilismus: nimirum unicè oppugnanda sunt duo eius, ~~principia~~ ad quæ cætera reducuntur, principia, quod et impræsentiarum præstare ~~nunc mea est~~ sic aggredior:

~~maxime imprudentia gravis esse mihi putatur solutam [illegible] in incertis collocare principia~~

Peto igitur inprimis à Probabilistis, ut nobis demonstrent solliditatem ac certitudinem huius principij: Quod viri prudentes dicunt esse licitum, idque suadet gravis ratio, hoc prudenter

indico esse licitum; sed viri prudentes dicunt hoc vel illud esse licitum, ideq; suadet gravis ratio, ergo id prudenter esse licitum indico.

Peto, inquam, certitudinem illius principii, quod adeo magnificant Probabilista; nam eam hactenus satis videre non potui, animadverto enim viros prudentes gravibus, ut ipsi existimabant rationibus innixos, à vero tamen deflexisse, multaq; dixisse licita et bona, quæ in se illicita et mala erant; non videtur ergo satis congruenter dictum, id pro licito perpetuo haberi debere, quod viri prudentes graves q; suadent rationes.

Respondere quidem solent, soliditatem huiq principij facilè desumi à argumentis efficacibq articulo tertio adductis; verùm, ut jà dicimus, ea non convincunt, quia congrua recipiunt solutione, ut cuique menti nullis præjudicijs irretitæ palam fit. Consequens proinde est, quod huiusmodi principium fallibile sit et incertum.

Et certè si haberent aliquid convincens, quomodo ea, quæ ijs innititur, sententia, his temporibq à potiori authorum parte tanto impetu deseri posset? qua veri specie tam diré à doctissimis juxta et sapientissimis ~~sapientibus~~ viris perstringeretur, atq; non solùm minq probabilis sed et apertè falsa proclamaretur? Sanè hæc, ni vehementer fallor, valdè incerta, quibus fulcitur benigna opinio, redere debent principia. Unde et innotescit, eos, qui per integrum sæculum probabilismo adhæserunt, eiq apparentia ~~probabilius~~ delusos fuisse, ~~indicari videntur~~. Verum præstat positivis modò agere argumentis. Itaq; sic argumentor.

Illud principium non est certum, quod habet contra se, et authoritatem maximam et graves rationes; sed principium memoratum habet contra se et maximam authoritatem, ut constat ex dictis, ultroq; fatentur ~~Adi~~; habet, et graves rationes; nam quotquot sententiam benignam impugnāt adeò gravibq, fallibile hoc esse principium contendunt, rationibq, ut in eorum consensum copiosa multitudinem virorum prudentum pertrahant. Cùm igitur tot graves authores gravibusq; fulti rationibq juxta principia Probabilistarum non possint non efficere sententiam ad minimum probabilem, palam inde fit, quod principium illi oppositum, quodq; ab ea impugnatur, certum esse nequeat.

Neq; hic regeras responsum ad argumentum 5tum Art. 4 datum nimirum eos Doctores, qui impugnant sententiam benignam id non præstare in eo sensu, quo defenditur à Probabilistis, quam=

† huiusmodi argumenta

quam enim id fortasse de quibusdam iisq; paucissimis verosimilius diceretur, at de omnibus id asseverare, alienum esset à veritate. Equidem fatendum est, quod in quibusdam opinionibus in ea responsione positis à Probabilistis ut cum

¶ discrepent

dicunt 1mo multas definitiones à Probabilistis afferri solitas componi non posse cum sua sententia de usu licito opinionis minus probabilis. 2do sententiam minus probabilem in concursu probabilioris non remanere positive seu practice et comparative probabilem. 3tio iudicium reflexum in sententia benigna adhuc per se formidolosum esse debere eo quod fallibili innitatur principio. Attamen male inde arguitur, quod sententiam benignam in alio sensu, quam probabilista eam tueantur, oppugnent; aliud enim est differre opinionibus, easq; munire rationibus, ut validis sententia opposita in eo sensu, quo à suis defenditur oppugnari possit, et aliud est eis sensum non assequi, et extra statum quæstionis in oppugnando versari.

Confirmatur 1mo prius argumentum. Si principium supra allatum certum esset, ex eo posset formari dictamen conscientiæ practicum moraliter certum, sed id fieri nequit, quia conclusio illius principij seu potius discursus certior esse nequit, quam premissæ; porro premissas illius legis directe et antecedentis, quæ ponitur ipsi esse incerta, sed solum vi alterius legis reflexæ et consequentis, nempe scilicet, qua iubemur in dubiis eligere partem tutiorem et prohibemur agere sine dictamine certas non esse sic probo: propositio hæc: prudenter judico licitum esse segui sententiam minus probabilem, non est moraliter certa, ergo neq; hæc, quæ est maior prefati discursus, quod viri prudentes dicunt esse licitum. Ant. patet quia huiusmodi propositio est ipsissima benigna probabilistarum sententia, quæ hic maxime est controversa, quæq; gravibus rationibus à doctissimis iisq; permultis oppugnatur authoribus.

¶ et graves suadent rationes, hoc prudenter iudico esse licitum.

Cons. prb. 2da hæc propositio non differt à prima, sed in re eadem est; sententia enim minus probabilis in sensu probabilistarum ea est, quæ licet non habeat motiva urgentiora opposita, habet tamen graves rationes dignas assensu virorum prudentum, qui proinde licitam eam esse dicunt; unde dicere prudenter judico licitum esse segui sententiam minus probabilem idem est ac dicere prudenter judico esse licitum quod viri prudentes dicunt esse licitum et suadent graves rationes. Cum igitur prior propositio moraliter certa non sit, nec erit 2da. ac proinde ex eo formari non potest dictamen conscientiæ practicum moraliter certum.

Confirm. 2.do. Principium memoratum ad summum potest esse certum, quando nulla gravior et fortior ratio suadet oppositum, secus enim fallibile imo falsum erit: nam si sic discurro: Quod viri prudentes dicunt esse licitum, idq; suadent graves rationes minores tamen iis, quæ oppositum adstruunt, hoc prudenter iudico esse licitum: sed viri prudentes dicunt esse licitum v.g. pingere die festo, idq; suadent graves rationes minores tamen iis, quæ oppositum adstruunt; ergo prudenter iudico licitum esse pingere die festo. Hæc conclusio inquiunt Probabilista, est certa, quia innititur principio certo in maiori posito. Jam vero ponamus aliud principium huic è diametro oppositum nempe sic: Quod viri prudentes dicunt esse illicitum, idq; suadent rationes notabiliter graviores ~~rationes~~ iis, quæ oppositum adstruunt hoc prudenter iudico esse illicitum; atqui v.g. pingere die festo viri prudentes dicunt esse illicitum, idq; suadent rationes notabiliter graviores, iis, quæ oppositum adstruunt; ergo prudenter iudico illicitum esse pingere die festo

Nunc quæro ab Adv. an conclusio huius discursus non sit certa? si certa est, ergo et principium in maiori positum, cui innititur, certum erit, si autem hoc tanquam certum concedatur, consequens est, quod eius oppositum certum esse nequeat. [iuxta principia logicæ,]

Si verò dicas, quod conclusio huius ultimi discursus non sit certa, ~~eo quod eius principium cui innititur, fallibile sit~~ tunc sic argumentor: si conclusio hæc non est certa; ergo neq; erit certum illud principium cui innititur, sed potius incertum et fallibile: atqui hoc ipsum pugnat contra Adversarios ergo C. Maior constat. min. prob. Si iudicium, quod rationes notabiliter graviores suadent esse verum, fallibile esse potest, quanto magis fallibile erit illud, quod minori innititur ratione? De hoc ego persuasissimus sum, ~~nititur ratione et ab omnibus~~ [et ut tale ab omnibus qui aliunde mentem præoccupatam non habent, censeri debet?]

et pro illius veritate merito appellari posse existimo ad communem hominum sensum; quis enim unquam experiri in se videtur hunc vel similem actum: quamvis mihi clarè ac notabiliter probabilius videatur hoc esse fallibile quàm quod sit certum, indico tamen hoc esse certum et non fallibile?: manet igitur firmum et indubitatum assertum nostrum, nempe principium, cui potissimum innititur sententia benigna, fallibile et ~~et~~ incertum esse.

Alterum Probabilistarum principium, quod art: 3. argumento 2do. iam insinuatum est, fundatur in ignorantia invincibili hisce propemodum verbis: nullus lege aliqua tenetur, quamdiu hac ipsi citra ipsius culpam non est sufficienter intimata, atqs adeo invincibiliter ab eo ignoratur. Sed quamdiu aliquis rité consideratis omnibus cognoscit esse probabile etiam comparativè aliquam legem non dari, tamdiu lex illa citra ipsius culpam non est ipsi sufficienter intimata, eamqs invincibiliter ignorat; ergo eâ non tenetur.

Quò falsitas huius principii efficacius demonstretur. Notandum est, quod de rebus moralibus seu agibilibus earumqs licentia vel prohibitione, ut plurimùm non possit haberi evidentia nec certitudo moralis strictè accepta, sed probabilitas tantù; Deus quippe plurimas leges à primis principiis paulò remotiores voluit esse non omnino claras nobisqs certas sed obscuras ac sub opinionibus positas.

Quapropter ne eadem alioquin salutarissima respectu plerorumqs hominum essent inutiles, sed saltem apud magnam illorum partem haberent vim etiam proximè obligandi, voluisse censendus est ~~idem~~ Deus, ut sicut notabiliter maior probabilitas stans pro libertate contra legem ab huius obligatione proxima nos eximit; ne alioquin ad nimis multas leges se ipse etiam non

existentes servandas obligaremur cum maximo periculo nimiæ multiplicationis peccatorum formalium, ac ruinæ plurimorum:/ sic è contrario notabiliter, maior probabilitas plane pro lege contra libertatem sufficeret ad inducendam obligationem proximam eidem legi nos subiciendi, ne aliàs innumeræ penè leges reipsa etiam existentes, et ad nostram utilitatem conditæ respectu plerorumqs vim omnem obligandi, unaqs usum, ac finem suum amitterẽt: videturqs magis hoc facere ad commendandam summi legislatoris Dei sapientiam, providentiamqs, quam si oppositum ille voluisset.

Porro huius rationis vis, et efficacia eò magis prodet se ipsam quò attentius quis consideraverit, quam multa, imò quam penè innumera circa leges tum divinas, tum etiam humanas tum naturales, tum positivas, earumqs existentiam, sensum, et extensionem dubia versantur, et auctores passim in contrarias, easqs communi Doctorum iudicio utrinqs probabiles opiniones distraxerint: quæ proin leges, si vera esset sententia Probabilistarum, ~~nell~~ vel nullos amplius, vel non nisi paucissimos ad sui observantiam obligarent, quibus scilicet illarum existentia vel ut unice probabilis, vel omnino ut moraliter certa apparet.

Hoc dato facile detegitur infirmitas prioris discursûs, negatur quippe minor, nam cui notabiliter probabilior apparet existentia alicuius legis, quam negatio eiusdem, non potest merito prætendere ignorantiam invincibilem illius; eò quod iam habeat talem illius notitiam, qualis communiter de rebus agibilibus haberi potest, et quam idcirco Deus sufficere voluit ad hoc, ut suis legibus, de quibus evidentiam, vel certitudinem moralem non habemus, proximè essemus obligati.

Et sane capere nequeo; quomodo quis iure prætendere possit invincibilem ignorantiam legis, cuius existentiam ex motivis notabiliter apud ipsum præponderantibus vel actu affirmat, vel saltem affirmare posset prudenter, si modo vellet;

negare autem prudenter non posset, etiam si vellet.

Hic rursus appello ad comunem sensum hominum, non enim video qua ratione quis hunc actum prudenter formare posit, quamvis michi clarè ac notabiliter vero similius videatur dari legem, quam, quod detur, iudico tamen non dari: eo quod tunc intellectui negatio legis potius falsa quam vera manifestè appareat, constat autem iudicium seu assensum intellectus in verum duntaxat non verò in falsum ferri posse.

¶ non

Confirmatur. si non obstante notabiliter Maiore probabilitate pro existentia ~~et~~ alicuius legis hæc nondum esset homini sufficienter nota, sed invincibiliter adhuc ignoraretur, quando saltem minus probabile apparet, ~~quod eadem non existat~~ etiam non esset ipsi sufficienter nota, sed invincibiliter adhuc ignoraretur, quoties existentia ipsius non esset omnino evidens, vel saltem certa moraliter certitudine morali strictè accepta ~~sed solum probabilis, quantumvis negatio eiusdem legis omnino non esset probabilis etiam comparative, ut si pro existentia haberetur tantum auctoritas unius vel alterius viri docti; contra autem pro negatione nec auctoritas, nec ratio aliqua gravis apparet.~~ consequens autem admitti non potest: ergo nec ante cadens. Minor verò videtur certa: aliàs enim rudes et indocti, qui de existentia legum frequentissimè, ac passim non habent notitiam, nisi probabilem saltem scilicet auctoritate Parochi, Confessarii, vel aliàs unius, aut alterius viri docti, nondum iisdem forent obligati, quamvis nec ab auctoritate, neqs ex ratione ipsis probabile esset, quod illæ non darentur: quæ ~~tanta laxitas esse videtur omnino ferenda.~~

¶ opposito, sequeretur, quod

Major est aduersariorum

¶ Maior est aduersariorum

Sane laxitas perniciosa est Caramuelis docentis, sufficere solam non certitudinem legis, ut quis ~~deobligetur~~ liberetur ab eius observatione, atqs adeo sufficere quamlibet probabilitatem quantumvis exiguam ad licitatem actus, quod merito damnavit Innocent: ii.

Accedit his auctoritas haud fanè levis sacrarum paginarum, ut quæ tantopere, tangs frequenter nobis commendant tum studiosam inquisitionem divinæ legis, tum etiam sedulam illius observantiam: cuius tamen comendatiõis exigua profectò ratio haberi à nobis videtur, si negs tunc divinæ legi assurgamus, quando post omnia ritè expensa de illius existentia notitiam habemus notabiliter probabiliorem, qua tamen maior ut plurimum haberi non potest. Quod si etiam nulla hac de re monita in sacris litteris extarent, ipsum tamen naturæ lumen dictaret, eam à nobis supremo legislatori habendam esse reverentiam, ut saltem tunc eius nos legibus subiiciamus, quando notabiliter magis persuasi sumus de illarum existentia, quàm de negatione ~~ear~~ earundem: quæ quidem doctrina adeo per se ipsam nota esse videtur, suaqs sponte assensum sibi conciliare, ut insignis quidam Recentior non malè pronuntiasse videatur oppositam nunquam habituram fuisse tot Patronos, si omissis Scholæ vitilitigationibus, et captiunculis metaphysicis controversiam hanc vulgaris intelligentia, sensusqs prudentum comunis, arbiter morum ferè optimus, diiudicasset.

Præterea sequeretur nullum hominem obligari, ut ab ea re abstineat, de qua inter Theologos graves disputatur, an sit licita nec ne; nam hoc ipso quod disputetur, non est certa et evidens existentia legis illam prohibentis, quod, quam sit alienum à recta ratione nemo non videt, quia cùm vix sit aliqua lex, circa quam non sit, vel esse possit controversia, vix tandem aliqua obligaret.

Insuper plures sunt casus, ubi principium illud negatur habere locum. Nam 1no si quis die Jovis minùs probabiliter iudicet necdum esse auditam duodecimam nocturnam, à qua incipit dies veneris, non potest recurrere ad insufficientem legis promulgationem, ut ~~carns~~ carnes manducet.

aliàs plus quam ridiculus haberetur. 2do nec ad eandem recurrere potest, ut se à ieiunio eximat, qui fiens esse ieiunium in vigilia S. Laurentii, minùs probabiliter existimat non esse hodie talem vigiliam.

Tandem sufficientia promulgationis non dependet ab eo, quod subditi de legis obligatione ita vel ita opinentur, aliàs posset lex aliqua uno tempore esse sufficienter promulgata, alio insufficienter, et iterum altero sufficienter sine ullo actu legislatoris, quod est aperte falsum. prob: sequela, nam duodecim primis sæculis cum nullus dubitaret an ars pingendi esset servilis, lex prohibens picturam die Dominico et festo erat sufficienter promulgata, postea autem aliquibus scriptoribus dubitare incipientibus an ars illa esset servilis, non fuit sufficienter promulgata, si credamus Adversariis; et casu, quo iam convenirent omnes esse servilem, fieret iterum sufficienter promulgata ergo &c. Porro ex hactenus dictis constare videtur, si non falsa saltem valdè incerta ac fallibilia esse principaliora benignæ sententiæ principia, cum igitur maxima imprudentiæ genus sit salutem suam in incertis collocare principiis, meritò ab omnibus fidelibus repudiari deberet probabilismus.

† proinde

Articulus 6tus.

An liceat sequi opinionem minus tutam seu stantem pro libertate in concursu opinionis eqs probabilis tutioris, seu stantis pro præcepto

Nonnulli, momentis, quæ præcedenti articulo pro sententia probabiliori adduximus convicti, usum sententiæ minùs probabilis reprobarunt; existimant tamen, si pro utraqs parte stet æqualis probabilitas, tunc saltem licitum esse sententiam libertati faventem, seu minùs tutam; verum hoc iam cap: 4. ex parte reiecimus, operæ

pretium tamen est, ut cum maiori fundamento doctrinam illic propositam hic stabiliamus.

Conclus. non est licitum amplecti sententiam probabilem minus tutam in concursu opinionis æqs probabilis et simul tutioris.

Ratio est 1.no quia in dubio, quod hic maximè locum habet, ut constat ex cap. 4; docetqs S. Thomas q. 14. de verit. a. 1. in c. tutior pars est eligenda, iuxta dicta præfato cap. 4to; ergo illicitum est amplecti sententiam minus tutam in concursu opinionis æqs probabilis sed tamen tutioris.

Rdent 1.mo hoc axioma solùm continere consilium, non præceptum: et subsistere non posse ibidem ita ostendimus. 4 Sed hanc responsionem

Rd. 2.do illud axioma iuris tantùm locum habere in dubio facti, non iuris.

Contra est, quod legitur in Clem: l. 5. tit. 12 de verb. signif. ibi enim in quæstione meri iuris, an fratres minores teneantur sub peccato mortali ad omnia ea, quæ in Regula sua verbis præceptivis proponuntur, sic respondet Clemens 5: In iis, quæ salutem animæ respiciunt, ad vitandos graves remorsus conscientiæ, pars securior est eligenda.

Rd. 3.tio In dubio tutiorem quidem partem esse eligendā, quando dubium non deponitur, secus verò quando deponitur. potest autem, ut inquiunt, deponi adminiculo libri iuris effati, in pari causa melior est conditio possidentis: deinde titulo invincibilis ignorantiæ circa legem. sed

Contra 1.um ~~ad facit, quod aliud sit ignorare~~ est, quod præfatum iuris effatum locum non habeat extra materiam iustitiæ, ut satis supergs ostensum est cap. 4.

Contra 2.um facit, quod aliud sit ignorare legem, aliud dubitare circa legem: ignorantia enim et dubitatio toto ut aiunt, cœlo differunt. ignorantia quippe dicit car-

entiam rationum, dubitatio verò existentiam earundem pro utraqs parte æqualium, malè ergo ex dubitatione legis arguitur eiusdem ignorantia.

Præterea qui ignorat invincibiliter legem debet posse prudenter iudicare veram esse opinionem negantem extare præceptum, sed qui in dubio versatur id præstare nequit. quia non habet fundamentum sufficiens iudicandi illam esse potius veram quam oppositam; cum fundamenta utriusqs opinionis appareant æqualia, et apparentia veri ac falsi sit æqualis pro utraqs parte contradictionis

Ratio 2da. desumitur ex auctoritate S: Augustini, qui l. 1. cap. 3. de bapt. sic ait: graviter peccaret in rebus ad salutem animæ pertinentibus, vel ex eo solo, quod certis incerta proponeret. cum igitur in concursu opinionum æqs probabilium amplectens minùs tutam non amplectatur id, quod certum est non esse peccatum, sed potius id quod incertum est esse peccatum, consequens est ipsum peccare.

Vices, hanc ipsam auctoritatem D: Aug: etiā pugnare contra ipsos Probabilioristas, nam cum sententia probabilior favens libertati sit magis incerta[7] suā opposita inde convincuntur quod incerta certis proponant.

7 seu magis intuta

Et omnes hodie in eo convenire Doctores, post sanctum Thomam aliosqs SS. PP. eum qui amplectitur sententiam probabiliorem relicta minùs probabili, certum esse debere de liciditate suæ actionis, nam cum in rebus moralibus raro certitudinem assequi valeamus, præhumendo non est Divina bonitas eam in nostris moralibus actibus desiderare ubi haberi nequit. Non exigit Deus ab homine inquit Caietanus, verbo opinio, plusquam conditio hominis habet.

Præterea, ille qui eligit probabiliorem sententiam, habet hoc iudicium reflexum et prudentiale. qui fecit totū quod in se est ad inquirendam veritatem, si forte illam non attingat, excusatur à peccato ratione ignorantiæ invincibilis. quod iudicium omnino certum est, utpote

nixum huic principio, nemo peccat in eo, quod vitare non potest. Falsum igitur est Probabilioristas incerta certis præponere.

Ratio 3ia est, quia sicut non potest voluntas appetere obiectum, quod ei indiferenter ad bonum et malu proponitur, eò quòd necessariò in bonum, ceu in suum obiectum feratur, ita nec potest intellectus assentiri in obiectum, quod apprehendit esse indiferens ad verum et falsum, quia solum verum est obiectum intellectûs: sed ubi propositio ostenditur forte vera propter unam rationem et forte falsa propter aliam æqualem, apprehendit eam intellectus ut indifferentem ad veritatem et falsitatem, ergo non potest intellectus illi assensum præbere, manetqs proinde anceps et dubius. atqui, ut supra dictum est in dubiis tutior pars est eligenda; ergo &c

R: Adversarii Negando Maiorem, et dicunt, quod ex accessu imperii et determinationis voluntatis intellectus possit alterutri contradictionis extremo assentiri.

Contra est. Quia intellectus noster in omnibus obiectis, circa quæ versatur, unicè verari cupiat veritatem: unde repugnat, ut uni extremo contradictionis assentiatur, ut vero, quin in illo inveniat rationem, ac motivum, vi cuius potiùs appareat verum, quàm eius contradictoriu: sed imperium voluntatis non potest facere, ut intellectus in conflictu duarum opinionum æquabiliter probabilium, quamdiu manent tales, inveniat veritatem potiùs in una parte contradictionis, quam in aliâ, nisi intellectu applicet, ad inquirendas novas rationes, vi quarum una pars extrahatur è statu æqualis probabilitatis: ergo nec poterit facere ut intellectus illi assentiatur, ut vera.

Ratio 4ta est, quia opposita sententia falsò aut saltem valde dubio principio innititur, nimirum in

dubiis in quacunqs demum materia versantibus meliorem esse conditionem possidentis; hoc enim principium extra materiam iustitiæ esse falsum vel saltem valde dubium facile liquet tum ex dictis cap 4: tum ex eo, quod præstantissimi ijqs permulti viri gravibus contendant rationibus, idud extra materiam iustitiæ extendi non debere. unam cit: cap: 4. iam adduximus, præstat etiam nunc aliam in medium proferre.

Aiunt itaqs quod in materia iustitiæ melior sit conditio possidentis ideo solum modo verum esse, quia ita statutum est iure positivo: vel certè si sit iuris etiam naturalis, ea est ratio specialis, quod cum iura ipsa difficillima sint cognitu, ut finiretur lites, et parceretur sumptibus in has faciendis, et haberi posset securitas de pacifica rerum possessione stabileqs earum dominium, opstabilissimum fuerit generi humano, ut ubi iura aliquorum apparent esse paria, et non potest veritas deprehendi, res illi deferretur, seu potius penes illum permaneret, qui iam in illius esset possessione: ideaqs in hanc veluti legem censetur totum genus humanum tacitè consensisse, vel etiam consentire debuisse, idemqs ab ipso auctore naturæ Deo esse sanctum. at verò ut in dubio de existentia alicuius legis ad virtutes alias pertinentis melior esset conditio libertatis, haqs esset velut in possessione, hoc neqs lege aliqua positiva ostenditur esse constitutum, neqs ratio aliqua specialis suadet, quod iure saltem naturali ita fuerit statutum.

Ex hac igitur aliisqs rationibus, quas gravissimi Auctores contra præfatum principium adducere solent liquidò constat, idud, si non falsum, saltem valde dubium haberi debere, ex quo proin dictamen conscientiæ

moraliter certum formari nequit.

Dicesimo ut lex humana obliget proximè et in actu secundo debet esse clara, manifesta, et sufficienter promulgata ac proposita illis, quos debet obligare; sed quando lex manet dubia propter æqualem utrinqs probabilitatem, non est clara, manifesta, et sufficienter promulgata, ergo non obligat.

R. cum dicitur in Decret: dist: 4. cap: erit autem, legem debere esse manifestam seu claram, statim subiungitur: ne aliquid per obscuritatem in captionem contineat. idest iuxta Glossam, ne per eam ratione obscuritatis alicui laqueus paretur. Igitur illa verba, clara et manifesta. non opponuntur legi, de qua dubitatur an existat, sed solum iis statutis, quæ sunt in se ambigua, obscura, captiosa atqs ad aliquem circumveniendum aptissima.

Præterea superius iam diximus, quod præfata verba non debeant sumi in sensu stricto, sed latiori, nempe pro ea notitia, qualis in rebus moralibus haberi potest, quarum fanè certitudo et evidentia rara est, frequentior vero probabilitas.

Quod verò attinet ad promulgationem legis, quæ in dubio non videtur sufficienter intimata. R: cum Distinctione Min. quando lex manet dubia ob æqualē utrinqs probabilitatem lex non est sufficienter promulgata, sic ut in iis, qui ea obligantur, inde non ~~resultet eius evidentia, Con: at non resultet primo probabilis, atqs dubium de eius existentia Neg: min: et hæc promulgatio sufficit ut arguí queat, legem invincibiliter ignorari non posse, nam alioquin sicut vium inferret ignorantiam invincibilem, sequeretur operantem cum dubio~~

resultet eius existentiæ certitudo Conced. min. ut etiam dici possint eam invincibiliter ignorare

† positivum neg. min. nam alioquin si dubium† inferret ignorantiā invincibilem sequeretur operantē cum huiusmodi dubio adhuc prudenter agere, ~~re agere nanque~~

~~nec peccare~~ nec peccare, siquidem illicitum non est agere cum invincibili ignorantia legis prohibentis aliquem actū. ~~Sed~~ tamen nec ipsi concedent Adversarij.

Dices 2do. Obligatio non certa, debitum non certum non postulat certam solutionem, sed ubi lex non est certa, ibi obligatio non est certa, nec debitum certum; ergo non postulat certam solutionem, postularet autem hanc, si teneremur servare legem etiam non certò, sed solum ægs probabiliter existeret; ergo ~~non teneremur hanc servare~~.

Rs. Maiorem veram esse in materia iustitiæ secus in aliis materiis, ut constat ex hactenus dictis.

Dices 3tio. omne peccatum si est verum peccatum est etiam certum peccatum, certum inquam peccanti; ergo requirit etiam obligationem illi certam seu certò ab ipso peccante cognitam.

Subsum: sed hæc non datur sine cognitione certa legis, ergo sine hac non datur peccatum certum. Non autem datur certa cognitio legis quando ægs probabile est eam non existere. ergo tunc non datur certum nec proinde verum peccatum.

Rs. Ex. subsum: non datur obligatio certa sine cognitione certa legis vel directæ, vel saltem reflexæ, Con: sine cognitione certa legis solum ado directæ N. subsum: Itags in præsenti casu non datur quidem peccanti certa obligatio ab actione mala abstinendi inducta vi illius duntaxat legis directæ et antecedentis quæ ponitur ipsi esse incerta, sed solum vi alterius legis reflexæ et consequentis eius scilicet, qua iubemur in dubiis eligere partem tutiorem, et prohibemur agere sine dictamine moraliter certo de honestate actus.

Dices 4. et ultimo, secundum Augustinum non tenetur Christianus famelicus cibo abstinere, quamquàm valde probabile imo probabilius sit esse idolothytum sic enim epist: 154. huiusmodi casum resolvit: aut certum est esse idolothytum, aut certum est, non esse, aut ignoratur? si ergo certum est esse, melius christiana virtute respuitur; si autem vel non esse scitur vel esse ignoratur, sine ullo conscientiæ scrupulo in usum necessitatis assumitur. quis neget in proposito casu probabile fuisse cibum esse idolothytum, et tamen secundum Augustinum sine conscientiæ scrupulo in usum necessitatis assumi potest, ergo. R. hoc argumentum esse aberrationem à proposito, id enim solumodo tum in hoc tum in priori articulo statuimus, quod non liceat in operando eligere partem minus tutā et minus vel æqs probabilem, quando huiusmodi probabilitas immediatè cadit supra honestatem vel licentiam alicuius actionis; quid autem fieri oporteat, aut facere liceat, quando probabilitas illa immediatè cadit supra aliud, quod sit à licentia vel honestate actionis distinctum, quæstio est planè diversa aliis ex principiis diversoqs modo pro diversitate materiæ ac circumstantiarū decidenda. Porro in præsenti casu liquet præfatam probabilitatem immediatè cadere non supra honestatem vel licentiam actionis, sed supra cibum probabiliter videlicet reputatum idolothytum; manifestum igitur est hoc argumentum aberrare à proposito. Solummodo ergo hic quari potest, an Christianus famelicus vesci possit cibo, quem valde probabiliter imo probabilius putat esse idolothytum? ad quod cum S. Augustino respondemus affirmativè, quia grandis famis necessitas id concedere videtur; nā

sit in simili necessitate licuit Davidi
absumere panes propositionis, qui-
bus tamen vesci precepto divino
prohibebatur, cur similiter non li-
ceret Christiano occulte comede-
re de idolothyto si fame pressus
id facere cogatur. Et hanc esse
mentem D. Augustini ~~ex~~ magis
ex eo innotescit, quod S. Pater
in proposito casu christianum
cibum, quem sciret esse idolothy-
tum edentem non absolute damnet
sed solum dicat, cibum huiusmodi
melius christiana virtute respui,
adeoq; eo vescentem minus fortè quidem
virtuosum fore non tamen ex hoc
~~peccatorum~~ criminis reum effici.

Reflexio.

Quamvis rigidioris sententiæ partes ~~secutus sim~~ amplexus
sim, non adeo tamen absoluta auctoritate opponitā
opinionem falsitatis arguere, permitto quippe quemlibet
in suo sensu abundare solum cum Apostolo inquiens
corinth. 7. Præceptum Domini non habeo, consilium
autem do; ut nimirum per angustiorem portam,
per arctiorem viam ad Xtum venire satagamus.
Quid enim pro negotio salutis nostræ nos operari
non oportet? quam nil arduum, nil grave, nil difficile
nos in eo remorari debet? Nullus labor durus ait D.
Hieron: in quadam Epist, videri debet, quo gloria
æternitatis acquiritur; ~~[illegible]~~
Si enim agricolæ spes messis laborem reddit iucundum
quid non efficiet spes mercedis; quæ transcendit
omnem intellectum?

Opportunè in persona eorum, qui semper probabilioria ac tutiora, ~~licet~~ reluctante † naturâ, amplectuntur, ait Ecclesiasticus c. 51 videte oculis vestris, quia modicum laboravi, et inveni michi multam requiem: imo quidem ante mortem; nam æmulando charismata meliora quietam ac securam conscientiam, quæ est quasi iuge convivium, nactus sum, scb. in morte; quam cum gaudio excipio: * Dulcis enim est somnus operanti. † 3.tio post mortem; quia tunc implendum spero illud apoc. 14. Beati mortui, qui in Domino moriuntur; imo dicit Spiritus, ut requiescant à laboribus suis; opera enim illorum sequuntur illos.

† licet

~~Melioria~~

† eccl. 5.

Eia igitur animæ Religiosæ, rogamus vos, ut utamur verbis Apostoli 1. Thes. 4., ut abundetis magis: videlicet charismatibus melioribus; et ut negotium vestrum agatis, id est ut laboretis per arctiorem, iuxta et perfectiorem viam pervenire ad cœlestem gloriam. etenim cum in sortem Domini vocati, et à communi populo segregati in loco excelso positi simus cà sanctimoniâ, et morum integritate præditos nos esse decet, ut re ipsa de nobis dici possit, quod in scripturis legimus, genus electum, gens sancta. et iterum, ibunt de virtute in virtutem. quamobrem non satis sibi constat eorum agendi ratio, quibus ad perfectiora gradiendi necessitas incumbit, si relictis probabilioribus ac tutioribus solùm minùs probabilia ac minùs tuta amplectantur. Quis enim inde quædam animi remissi signa non colligat? quis inde teporis Deo invisi vestigia non deprehendat? Quapropter fratres mei dilecti sic rursus nos adhortatur Apost. 1. cor. 15 stabiles estote et immobiles abundantes in opere Domini semper scientes,

quod labor vester non est inanis in Domino. agite agite, quod quod poteritis agere, dies enim forsan non elongabuntur, quibus Deus completurus est labores vestros, o qualis et quam magna erit tunc vestra moriendi fiducia! habitrangs magnam fiduciam feliciter moriendi fervens desiderium in virtutibus proficiendi et indefessus ad meliora, probabiliora, tutiora ac perfectiora adnisus.

Caput 6tum.
De
Conscientia Lata.

Definiebamus cap: 2. conscientiam latam, quod sit quoddam judicium de bonitate operis ex levissimis et quidem cupiditati faventibus argumentis. sic vg: qui propter solam Authoritatem extrinsecam unius aut alterius Doctoris, quos constat multa improbabilia docuisse, judicat non esse contra votum paupertatis Religioso unum vg: aureum retinere absq; ulla licentia superioris, ille profecto latam habere conscientiam.